



1789.

1. Ersleben, Johann Mauricus: *Polesas Criminalis circa frequentiam delictorum in Deseptationem vocata.*
2. Hofmannus, Franciscus Laurentius: *De variis Differentiis juris publ. eccles. inter Catholicos episcopos Sinne Datas Germaniae et alios principes sacro. rum Imperii Germanici.*
3. Pölzer, Guilielmus Theodorus Gottwardus: *De delineatione praesens Augustiniae Camerae Imperialis norod. sinae circa litterarum: reformationem.*
4. Willich, Carolus Fredericus: *De dote et natura donationis recitata.*

1790.

1. Hofmannus, Franciscus Laurentius: *De sumptibus studiorum in legitimam usum imputandis.*

1792.

1. Meuser, Janus Hieronimus: *Quaeritur an servitutes personarum vel hypothecae dari possint?*

1792

2. Myrmann, Jo. Andreas: De scabiuorum demon-
strabombus atque plactis

1793.

1. Bauer, Antonius: Utrum nepos, abtineus a
patris hereditate sibi delata, in attolio et feudo
sui succedere possit?
2. Buchtger, Hw. Ludw. Christ: De natura et indole
lesionum correspondenti.
3. Weis, Philipp Friedrich: Status iuris dei in dem Text
des Pandecten vorkommenden Zeichen
Ein acad. Programm.

1795

1. Schwenkels, Carolus Georgius Augustus: Requiritibus
indignis ordinis Teulouderi a successione in feuda
recta et secularia non excludendis.

1800.

- Weis, Phil. Friedr. Historie novellarum Litterarum
pariter la I, peritium Anti. Helvandinum completa.

em

ut

hale

Text

us

da

nie



1772

2. Kippen, 15. August. In welchem Namen
Abelmanns von dem...
...

1773

1. Bismarck, 15. August. Wenn man...
...
...

2. Bismarck, 15. August. In welchem Namen
Abelmanns von dem...
...

3. Bismarck, 15. August. In welchem Namen
Abelmanns von dem...
...

1774

1. Bismarck, 15. August. In welchem Namen
Abelmanns von dem...
...

2. Bismarck, 15. August. In welchem Namen
Abelmanns von dem...
...





S,
S
nt
gi-
r.
II
I-
e,
n,





DISSERTATIO AVSPICALIS IVRIDICA
VARIAS DIFFERENTIAS IVRIS PVBL. ECCLES.
INTER CATHOLICOS EPISCOPOS IMMEDIATOS
GERMANIAE

ET
ALIOS PRAESVLES SACRORVM EXTRA
GERMANIAM COMPLECTENS

QVAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPE
ET DOMINO

DNO. GVILIELMO IX.

HASSIARVM LANDGRAVIO RELIQ.

CONSENSV
ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM ORDINIS
PRAESIDE

IOANNE ANDREA HOFMANNO

IVR. DOCTORE ET PROFESSORE PANDECTARVM P. O.
ASSESSORE FACVLTATIS IVRID.

PRO
GRADV DOCTORIS
RITE CAPESSENDO

PVBLICAE SVBMITTIT DISQVISITIONI
DIE VI. AVG. MDCCCLXXXIX.

FRIDERICVS GVILIELMVS COSMANN

FÜRSTENBERGA-WESTPHALVS
COMMENDATARIVS AD S. CHRISTOPHORVM
IN CVRIA EPISCOPALI PADERBORNENSI.

MARBV RGI

TVPIVS IOANNIS BAYRHOFFERI, ACAD. TYPOGRAPHI.

DISCRETIO AVARICIAE IN PRAESENTIA
VARIAS DIFFERENTIAS TRIS PUBLI SCOLAE
INTER CAETHELOS EPISCOPOS IMMEDIATOS
GERMANIAE

ET
ALIOS PRÆSULES SACROVVM RITIBVS
GERMANIAM COMPLECTENS

QUAM
RECTORI MAGVIFICENTISSIMO
SERENISSIMO AC POTENTISSIMO BRVNICO
ET DOMINO

DNO GUILIELMO IX.

HASSIARVM LANDGRAVIO BELLO
CONSENSV
PLENARIIS IRRECOVSVATORVM ORDINIS
PRÆSIDIS

IOANNE ANDREA HOHMANNO

VR. DOCTORE ET PROFESORE PRAELECTISSIMO P. O.
ASSISSE FACULTATIS IURIS

IN
GRADV DOCTORIS
BITE CAESARIENSIS

PUBLICAE SCIENTIARVM DISCIPLINAE
DITAE AD AER. MDCCLXXIX.

FRIDERICVS GUILIELMVS COSMANVS

FRANCKENBERG-VESTPHALIAE
COMITATVS AD S. CHRISTOPHORVM
IN CURIA EPISCOPIALIS PADERBORNENSIS

LIBRARIVS
HABITANS IN VICO BACHENSCHEIDT AD S. GEBHARDI



PATRI PATRIAE
REVERENDISSIMO AC CELSISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO
DOMINO
FRANCISCO EGONI
EPISCOPO PADERBORNENSI AC
HILDESIENSI, S. R. I. PRINCIPI,
COMITI PIRMONTANO ETC.

HASCE PAGELLAS
SUMMA, QVA PAR EST, SVBMISSIONE
D. D. D.

FRIDERICVS GVILIELMVS COSMANN.

PATRI PATRIAE

REVERENDISSIMO AC CELSISSIMO

PRINCIPIS AC DOMINI

DOMINO

FRANCISCO EGONI

EPISCOPO PADERBORNENSI AC

HILDESHEIMSI, S. R. I. PRINCIPIS

COMITI BIRMONTANO ETC.

HABERE FACILLAS

SUMMA, QVA PAR EST. SUBMISSIONE

M. D. C.

FREDERICVS GUILIELMVS COSMANN



PROLVISIO.

Est quidem numerus insignis iureconsultorum illustrium, et celeberrimorum, qui non solum generatim episcops, verum etiam principes ecclesiasticos Germaniae, eorumque iura speciatim publicis commentariis consignarunt, qui a proposito meo facile me retrahere possent; verumenimvero in animo mihi non est, aliquid de his dicere, cum hoc nec loci, nec temporis ratio iam permittit, nec catholicos praefules ecclesiasticos describere, neque quoad originem, nec eorum splendorem, nec eorum conseruationem auctoritatis pontificiae, nec status hierarchici aemulationem, nec eos confidero hoc loco tanquam cultores disciplinae ecclesiasticae, et quae sunt reliqua, de quibus, praeter alios, conferendus est **IGNATIVS SCHWARZ** in libro, cui titulus est: *imperii princeps ecclesiasticus selectis aliquot*
linea-

lineamentis parergisque historico-politicis adumbratus, ubi, praecipuae difficultates circa ecclesiasticum moderni imperii statum e iure publico depromtae, Ingolstadii MDCCCXXXIII, fol. (quamuis ille hanc materiam parum feliciter, ut prudentiores iudicant, descripserit); sed tantum periclitari volui, si possem, differentias nonnullas et observationes quasdam, auspicii causa, inter principes Germaniae, ecclesiasticos immediatos, aliosque episcopos exteros, proponere, quas iam varii doctores mirati sunt, dum illi reapse magis principes, quam episcopi essent. Fundamentum praerogativae, qua fruuntur episcopi in Germania et praecipue non solum circa superioritatem territorialem, verum, etiam respectu ad ius suffragii in comitiis imperii. Canstat enim ex annalium monumentis vetustissimis Merouingorum temporibus primarios imperii et populorum viros in ecclesiasticos et mundanos, seu laicos, diuisos, quin etiam episcopos iam Carolingorum et posteriorum imperatorum teutonicae nationis aetate secularibus iuribus ex liberalitate caesarum, atque affectatione potitos esse; nihilominus magna semper fuit imperatorum in eos auctoritas et caesares illos olim modo constituerunt, modo confirmarunt; prout potestas eorum adhuc circa externa sacra ejus summa, sunt etiam protectores, advocati ecclesiae christianae, et defensores. Ergo episcopi Germaniae majori prae reliquis praesulibus sacrorum extraneis

gau-

7

dens, ac praefulgent dignitate, simul ac primum ad amplissimum splendoris et dignitatis gradum peruenerunt, et superioritate territoriali et regiis iuribus eximiis, nec non iurisdictione mundana, ciuili, feudali, criminali, potestate insigni in profanis, seu secularibus, exornati, et de territorio, nec non regalibus ab imperatoribus inuestiti sunt. Auctoritas quidem episcoporum extraneorum magna et fortuna lautissima est; nusquam tamen, quam in Germania, tantae sunt ipsorum opes, tantae potentia; ne dicam, praerogatiuam insignem principum imperii r. g. esse praecipue ac statibus aliorum Europae regnorum, nec illi alterius Europae regni proceribus potestate et libertate cedunt; sed illis potius praeferreri merentur. Distant igitur episcopi Germaniae multum ab episcopis Italiae aliorumque regnorum extrariorum. Vnde colligi potest, illis non omnia iuris pontificii praecepta iuste, et legitime in Germania applicari posse. Nam principes Germaniae ecclesiastici catholici praeter iura dioecesana, fruuntur iuribus tum comitialibus, circularibus, cum territorialibus, quibus nulli antistites sacrorum exteri gaudent. Catholici Germaniae Episcopi quidem sedi romanae arte adstricti, iuribusque pontificiis; saluis tamen libertatibus, statutis, priuilegiis et obseruantis ecclesiae germanicae, subiecti sunt; sed ut principes mundani, contemplatione iurium, et rerum eo spectantium caesari augusto atque imperio sub-

sunt,

a quo territoria cum regalibus, tanquam feuda imperii regalia, praestito fidelitatis et obedientiae sacramento, media inauguratione clientelari, qua vasalli, nanciscuntur, easque ob causas, si quae circa haec iura, aut res profanas oriuntur disceptationes forenses, haec neutiquam ad sedem romanam, bene vero ad tribunalia imperii summa pertinent. Denique fileo de aliis finibus territorii principalis, aliisque dioeceseos, et de duplicibus bonis tum ecclesiasticis, cum mundanis; hoc tacitus tamen praeterire nequeo, profana nonnullis episcopis Germaniae vocabula placuisse: quandoquidem v. gr. reuerendissimus et celsissimus episcopus paderbornensis, comes pirmontanus, episcopus monasteriensis burgravius strombergensis, episcopus leodiensis dux bulionensis, et comes in Cambresi, episcopus herbipolitanus dux Franconiae etc. celebrantur.

§ I
Per catholicum episcopum germanicum intelligo generaliter principem ecclesiasticum, aequè ac secularem superiores agnoscentem, qui dioecesi et territorio sibi tradito imperat, iure proprio in clerum et populum potestatem sacram cum cunctis eius speciebus exercet, et pontificalia administrat.

§ II
Duplex principatus episcopo germanico, ex duplicitate personae, quam ille praese fert, attribuitur, nimirum,

rum, personam praefulis sacri, et principis secularis (a), eamque ob causam duos quoque habet superiores, in sacris potissimum pontificem romanum, in profanis imperatorem augustum; quapropter, quoniam illud est, ob geminum hoc munus duplici sacramenti vinculo ex pactis, legibus publicis, ac moribus obstringitur; accedunt adhuc alia iuramenta, hincque varia iuramenta praestant principes Germaniae ecclesiastici (b). Nam, dum pontifex romanus, secundum religionis catholicae principia, caput ecclesiae est, inde nexum episcoporum catholicorum facile adsequi poteris. Quod igitur territorium ecclesiasticum attinet, illud circa iurisdictionem ecclesiasticam, salvis iuribus pontificiis, quoque per ordinum imperii mundanorum catholicorum, aliorumque ditiones certo modo se extendere potest. Quod si vero episcopus Germaniae feuda imperii regalia possidet, tunc ille iuramentum regalibus feudis consuetum praestare tenetur, et imperator hodie in episcopos libero iure inuestituram medio gladio exercet (c). Vnde, atque ex statu regni germanici subiectio caesari atque imperio debita oritur, nec illi ab officiis vasallorum exhibendis liberi sunt; potius, cum illi veri vasalli atque ordines imperii existunt, vti ceteri ordines imperii, forum imperatoris, atque imperii tribunalia agnoscere debent; quin etiam feloniam committere possunt. Interea illi, tanquam ordines imperii, omnibus

B

feu-

feudorum emolumentis, regalibus, superioritate territoriali, et iuribus principatus mundani, quibus reliqui status imperii v. c. potestate leges ferendi etc. gaudent. Habent igitur iura sublimia, quae plerumque ad regalia referuntur. Porro, episcopi minores, ut vasalli imperii, veniam aetatis ab imperatore impetrare debent, iisque administratores, etiam tempore sedis vacantis quandoque constituuntur, qui mundanorum rationem habent (d); regulari modo tamen capitulum tum sede impedita, cum vacante dioecesi praest, iura episcopalia non excepta exercet, administrationem gerit, iurisdictio episcopalis ad capitulum deuolvitur, et potestate illius peragere valet, quae non sunt prohibita; officialem, seu vicarium ad exercendam iurisdictionem, aequae ac oeconomum ad administrandos proventus, resque ecclesiasticas constituit, in vniversum episcopi ius, sede vacante, circa ea, quae ad iurisdictionem eius ordinariam et necessariam pertinent, intrat; non tamen sine exceptionibus; vocatur ad comitia imperii, per deputatos adest illis, superioritatis territorialis et regalium exercitatione vtitur, regimen, causas politicae, status, iustitiae, et camerae administrat, monetas cudit, et quae sunt reliqua. Sed hoc tantum est intelligendum, si coadiutor succedens non adfit, iisque exclusis, quae officibus episcopi quasi inhaerent, et cum dignitate muneris personali sunt connexa (e). Interim pueri in episcopos eli-

eligendi non sunt (f). Ceterum varia imperatorum augustorum iura circa electiones episcoporum Germaniae adhuc facta recta integraque manent (g).

(a) ANDR. GAILL lib. I, obseru. XXX, et de pace publica, lib. I, cap. VIII, IO. NIC. HERTIVS de vno homine plures sustinente personas, sect. III, § 7, IO. FRID. PFEFFINGERI *Vitriarius illustratus*, vol. I, tit. XV, § 12, p. 1162 seq. et p. 1325, IO. IAC. MOSER im *teutschen Staatsrechte*, parte X, cap. XXVIII, part. XI, cap. XXXIII, XXXV, XXXVIII, XXXVIII, XLI, XLII, part. XII, cap. XLIII seq. add. IO. FRANC. BESSELIJ dissertationes ad ius publicum romano-ecclesiasticum, p. 263 — 362; qui tamen in vulgaribus plerumque haeret, trita, atque absoleta praecepta decantat, TOB. IAC. REINHARTH de eo, quod iustum est circa testamentum principis imperii eccles. *Goett. 1741, 4, p. 12.*

(b) CHRIST. GOTTL. BYDER de iuramentis principum eccles. f. r. i. german. *Ienae 1748, 4, § 1 seq.*, IDEM de capitulationibus episcoporum Germaniae, *ibid. 1737, 4, § 2 seq. p. 7 seq.* CAR. ADOLPH. BRAVNI sub praesidio IO. GE. ESTORIS habita disp. de iuribus episcopi catholici in Germania, *ibid. 1740, 4, § 1 — 22, p. 3 seqq.*

(c) Instrumentum pacis osnabr. art. V, § 21.

(d) IO. IAC. MOSER l. d. part. XI, cap. XLIII, cap. XLIII, part. XII, cap. I seq. ESTOR et BRAVN l. m. § XVIII, p. 38, FRID. ERN. S. R. I. comes ac dynasta de SCHOENBURG de episcopo minore, *Ienae 1769, 4, § 1 seq. p. 1 seq. § XVI, p. 27 seq. § XVIII, p. 31, 32.* IVST. HENN. BOEHMER in iure eccles. protest. vol. II, lib. III, tit. 9, § 22 seq.

(e) ANACL. REIFFENSTVEL in iure canon. lib. III, tit. VIII, n. 17 seq. p. 264 seq. pax osnabrug. art. V, § 17 et 21, BERN. VAN ESPEN in iure eccles. part. I, tit. VIII, cap. I, n. 5 seq. IO. GE. DE KVLPIJ ad *Seu. Monzamban.* part. II, cap. V, § 35, MOSER l. m. part. XII, cap. LI, LIII, GE. HENR. AYRER

de regalium, ac superioritatis territor. ad suos limites reductae diuerſitate, *Goett.* 1772, ſect. II, § 15, p. 21 ſeq. ESTOR de cardinali impubere, diatriba poſterior, *Lenae* 1745, 4, cap. I, § 4, p. 11 ſeq.

(f) *Viri ill.* IO. ANDR. HOFMANNI commentatio iur. publ. eccles. de iure conſtituendi pontifices atque antiſtites eccles. ab imperatoribus Romano-germanicis etc. *Marb.* 1782, 8, v. c. CAR. GVIL. WIPPERMANN de fundamento et indole iuris excluſiuae maxime eius, quo Caefar auguſtus vti poteſt, quando capitula german. in eligendo praefule ſunt occupata, *Rint.* 1767, 4, § 3 ſeq. p. 4 ſeq.

(g) GE. MELCH. DE LVDOLF vol. I, obſeruat. for. XXXIII, p. 91 ſeq. SAM. FRID. WILLENBERG de iure principi negato circa territorium ſuum, cap. I, § XI ſeq. GOTTL. SAM. TREVERI monſtrum arbitrarii iuris territor. a legibus imperii proſligatum, parergis Goetting. T. 1, L. I, n. 2, inſertum, et diſſ. de ſtudiis nimiae libertatis circa ſtatuſ imp. ruinam imp. r. g. procurantibus, *Goett.* 1738, HIER. FRID. SCHORCH de limitibus ſuperioritatis territor. ſecundum leges fundam. imp. *Erford.* 1744, AYRER I. d. ſect. II, § XVI, p. 25 ſeq.

§ III

Differentiam primam inter principes Germaniae eccleſiaſticos et epifcopos extraneos praeclare fundat ſuperioritas territorialis legibus imperii germanici conſtituta, ac ſtabilita, qua epifcopi exteri plane carent. Ea conſideratur tanquam complexus iurium ſublimium exercendorum ad ordines imperii circa regimen et dominatum prouinciaram, parentiumque, ſecundum leges imperii, atque obſeruantiam ſpectantium. Haec poteſtas eminens eſt modo generalis, modo particularis, nimirum haec
ver-

versatur siue circa sacra externa, siue foresta, alibi plenior, alibi restrictior est; deinde alia est superioritas iuris gentium, alia territorii. Illa comprehendit iura belli, pacis, foederum, legatorum, etc; haec autem ad territorium ordinandum, regundum, tuendumque ipsum respicit, atque in eo exercetur; nihilominus ea fines, et terminos suos circumscriptos habet, partim per leges imperii (a), partim per pactiones inter ordines imperii cum suis statibus prouincialibus et popularibus confectas (b). Potestas enim summa, et superioritas suprema Imperatori augusto in imperio regundo tribuitur, vnde ea *kaiserliche hoheit* dicitur, atque Imperator augustus nomine des h. r. *Reichs allerhöchstes Oberhauptes etc.* insignitur (c), cui ordines sunt subiecti; quamuis hoc simpliciter statui nequeat (d). Sunt denique, qui iurisdictionem territorialem fecerunt a superioritate territoriali, eamque ordinibus imperii in personas et res suarum ditionum iure proprio tribuunt, cum potestate constituendi tribunalia et iudicia, iudices superiores, medios et inferiores, assessores, personas iustitiae, et ad ius saltem dicendum, exercendosque iurisdictionis actus. Verumenimvero alii magis iurisdictionem inter praecipuas superioritatis territorialis partes referunt, quin etiam ipsa superioritas a iureconsultis non paucis iurisdictione prioribus temporibus vulgo nominata est. Interim ordines imperii, et principes

pes Germaniæ ecclesiastici eam proprio iure exercent. Unde iureconfulti statuunt: principes imperii posse in suo, quod imperator in vniuerso, similitudine, non pari ratione, nec plenitudine potestatis (e).

- (a) SAM. STRYK de statibus prouinc. cap. I, n. 24 seq. cap. III, n. 6 seq. CHRIST. WILDVOGEL de statibus prouinc. Ienae 1747, § 23 seq. § 47 seq. DAN. GE. STRYBEN in *Nebenstunden*, part. I, p. 61, 62, 121, 126 — 133, part. II, abth. X, p. 424 — 583, atque in obseru. iur. et hist. german. (1735), obs. III, V, p. 158 seq.
- (b) LVDOLPH HVG. de statu regionum Germaniæ et regimine principum summæ imperii reip. aemulo, cap. III, § XI.
- (c) TREVER de studiis imp. r. g. ruinam procurantibus, *Helmsf.* 1730, cap. III, § 1 seq. p. 91 seq.
- (d) HVG. l. d. cap. III, § XI.

§ IIII

Disrimen secundum inter principes Germaniæ ecclesiasticos et episcopos extraneos est: vt illi ordinibus prouincialibus gaudeant; hi vero illis vacent. Sunt vero status prouinciales, vti in electoratus, et in principatibus mundanis imperii varii generis, ita quoque in episcopatus Germaniæ sine medio imperio subiectis. Illi regulariter constant praelatis, nobilibus, et ciuitatibus. Praelati non personarum, sed rerum et bonorum causa illo iure fruuntur. Quamobrem illi, quamuis clerici sint; tamen circa realia in iudicia ciuilia vocari possunt (a). De ordinibus prouincialibus episcopatus paderbornensis liceat

liceat verbis viri amplissimi ANTONII FRIDERICI
BÜSCHINGII vti, quae sic se habent (b): „die Land-
stände bestehen aus Domcapitularen, Ritterschaft, und
Staedten. Die 3 infulirte Aebte von Abdinghof, Ma-
rienmünster, und Handelhausen, welche ehedessen, nebst
dem von Helmershausen, zur ersten Classe gehoerten,
haben ihr Recht zu Sitz und Stimme auf den Land-
tagen vorlaengst verloren etc.

(a) STRYK I. m. cap. II, n. XI — XXXI, cap. III, n. XXV seq.
cap. II II, n. II seq.

(b) MOSER von der teutschen Reichsstände Landen, deren Land-
staenden etc. (1769, 4), lib. II, cap. I — V, § 66, p. 478 seq.
BÜSCHING in der neuen Erdbeschreibung, part. III, vol. I;
Hamb. 1765, 8, p. 653, § 4.

§ V

Conuentus prouinciales publicos principum tum
generatim, cum speciatim Germaniae ecclesiasticorum atque
procerum prouincialium de negotiis grauioribus, ad salu-
tem et necessitatem ditionum spectantibus consultantium,
indicunt, et conuocant rectores et gubernatores rerumpub-
licarum, quod etiam sede vacante a capitulo fieri potest (a).
Comitia autem prouincialia differunt, et modo in vniuer-
salia, modo particularia diuiduntur. Ea habent finem
suum more Germanorum, et magnae vtilitatis sunt.
Negotia magni et maximi momenti tamen secundum
iura fundata, priuilegia, pacta et obseruantiam cuiusque prin-

principatus, et regionis aestimanda, quae totius reipublicae salutem, et communem vtilitatem attingere, ac promovere valent (b), in conuentibus prouincialibus proponenda, tractanda, et concludenda multiplicia esse possunt, in quibus videlicet consensus procerum prouincialium requiritur, v. gr. negotia belli et pacis, foederum etc, promulgationes legum nouarum, reformationes politiae, collectae extraordinariae imponendae, religionis conseruatio, grauamina tollenda, et remouenda, alienationes prouinciarum, ea ditiorum, et honorum ad onera reipublicae, aut principis dignitatem sustentandam destinata suscipiendae, reuocandae, harumue oppignorationes, commercia promouenda, solutiones debitorum publicorum, exemptiones a collectis. Reliqua.

(a) STRYK l. m. cap. I, n. 22, cap. III, n. 2 seq. WILDVOGEL l. c. § 22 seq. § 65; HENR. LINK de iure episcopali etc, cap. XVII, n. 82 seq. p. 572; FRID. VLR. PESTEL de comitiis prouincialibus, vulgo Landtagen, Rint. 1752, § 8 — 26.

(b) Potestas enim ordinum prouincialium in singulis fere territoriis variat. Nam in aliis gaudent modo circa suffragia arbitrio decisionis, modo vota eorum solummodo consultationis gratia adhibentur, WILDVOGEL l. d. § XLV, § XLVI, p. 27, 28.

§ VI

Distinctio tertia principum imperii ecclesiasticorum et episcopatum Germaniae versatur circa officiales curiarum, atque prouinciarum hereditarios, quos in signum emi-

eminentiae, plerique, aeque ut principes mundani, habent, illique siue indulgentia imperatorum augustorum iis decorati sunt, siue usu, ac obseruantia eos constituerunt, ac sibi asseruerunt. Ast autem plane illi officiales hereditarii desunt praefulis sacrorum exteris. Designationem archi- et officialium hereditariorum procerum et prouinciarum Germaniae suppeditat CHRISTIANVS GOTTLIEB BVDER (a), inter quos etiam officiales hereditarii episcopus paderbornensis sunt nominati; sed vno omisso (b). Nam illi sic se habent: mareschalli (*Erb- und Landmarschalle*), existunt splendore equestri et generoso praediti nobiles Spigel zu Peckelsheim, dapiferi (*Erbtruchsesse*) equites de Stapel, pincernae nobiles Spigel zu Desenberg (c), camerarii (*Erbkaemmerer, oder Erbthürwaerter*) nobiles de Schilder, magistri aulici (*Erbhofmeister*) nobiles de Haxthausen, archimagiri (*Erbküchenmeister*) nobiles de Westphal (d).

(a) De feudis officialium hereditariorum procerum et prouinciarum regni germanici, *Ienae* 1736, 4, p. 85 — 106, add. EIVSD. comment. de sigilliferis episcoporum cumprimis Germaniae, in opusc. p. 712 — 718, IAC. WILH. IM HOFF in notitia s. r. g. imperii procerum tam ecclesiast. quam secularium (1687), lib. II, cap. II, § 8, p. 24, cap. III, § 10, p. 31, cap. IIII, § 8, p. 36, lib. III, cap. I, § 12, p. 95, cap. II, § 6, p. 100, cap. III, § 5, p. 104, cap. V, § 7, p. 113, cap. VIIII, § 5, p. 122, cap. VIIII, § 6, p. 125, cap. X, § 6, p. 129, cap. XII, § 8, p. 146, cap. XIII, § 4, p. 151, cap. XIIIII, § 5, p. 154, cap. XV, § 5, p. 157, cap.

- XVI, § XI, p. 162, cap. XX, § 4, p. 181, PFEFFINGER ad *Vitriar.* vol. I, lib. I, tit. XIII, § 15, p. 1101 seq. tit. XV, p. 1189 seq. MOSER von *teutschen Reichstaenden, der Reichsritterschaft etc.* (1767, 4), lib. II, cap. II, § 144, p. 654 seq.
- (b) BVDER I. m. p. 95, n. XII, IM HOFF I. d. lib. III, cap. XI, § 7, p. 138, PFEFFINGER I. c. p. 1192, k, DE LVDOLF *symphor.* vol. I, symph. III, p. 56, 57, IO. CHR. LÜNIGII *Corp. iur. feud. germ.* tom. I, p. 1653.
- (c) DE LVDOLF vol. III *symphor.* col. 559 seq. IO. GE. ESTORIS *practische Anleitung zur Ahnenprobe* (1750), p. 292, 293, § 31, p. 525, 526, § 246.
- (d) ESTOR I. m. p. 117, p. 524, § 244.

§ VII

Dissimilitudo quarta principum imperii germanici ecclesiasticorum, magnam habet varietatem ab antistitibus sacrorum extraneis, praeter iudicia ecclesiastica etc, circa mundana superiora atque inferiora officia palatina, ministeria publica, iudicia profana varii generis, aulica, regimina, tribunalia, collegia iustitiae (a), appellationum, reuisionum, prouincialia, feudalia, criminalia, cancellarias, archiua, praefecturas, ministros status, consiliarios ac secretos, legatos, praefides varios, v. c. regiminum, camerae aulicae etc. aduocatos fisci (b), iudices aulicos (Hofrichter), satrapas, praefectos metallicorum, forestorum, venationum, et quae sunt generis eiusdem. Licirum mihi sit: hoc illustrare ex statu episcopatus paderbornensis per relationem, quae extat in libro, cui titulus est: neues genea-

genealogische Reichs- und Staatshandbuch auf das Jahr
 MDCCCLXXXVI (c), vbi verba sic se habent: 1) Oberstall-
 meister, 2) Obermarschall, Hofmarschall, geheime Ka-
 binets-kanzellei, geheimer Referendarius, 3) geheimes
 Rahtscollegium, 4) Regierungs-Kanzellei, 5) Hofkam-
 mer, 6) weltlich Hofgericht, 7) auswaertige Minister
 und Agenten. Quibus laudatus BÜSCHING (d) annectit:
 das bürgerliche Stadtgericht, nebst dem Gogerichte, han-
 get gleichfals vom Bischoffe ab. Den Aemtern sind ade-
 liche Drosten vorgesetzt, und das Oberamt Dringenberg
 hat den Vorzug: daß sein Vorgesetzter ein Landdrost
 heist etc. Ceterum iure auftraegarum principes imperii
 ecclesiastici vti possunt (e).

(a) Episcopi s. r. imperii iurisdictionem profanam habentes omnino
 iudices ad causas sanguinis et criminales constituunt, licet ipsimet
 sententias mortis, ac supplicii non ferant; aliis tamen iurisdictionem
 criminalem committere possunt, ac solent, vt casu emergente
 malefactorum fecleratorum reos puniant, REIFFENSTVEL I. m.
 vol. V, tit. XII, § 3, n. 95 seq. p. 335. THEODORVS
 FÜRSTENBERGIUS, episcopus et princeps paderbornensis prope
 Paderbornam ius exercendae iurisdictionis criminalis, seu locum
 supplicii concessit, testibus monumentis paderborn. p. 333 seq. add.
 LÜNIGIVM in spicileg. eccl. part. II, p. 747.

(b) Episcopatus paderbornensis iura sisci iam anno MDCCCLXXXVII
 obtinuit, vid. NIC. SCHATENVM in annal. paderborn. ad hi. a.
 p. 199, LÜNIG. part. II spicilegii eccl. p. 699, § 5; PFER-
 FINGER I. m. vol. III, lib. III, tit. 18, p. 1516.

(c) Part. II, p. 161 — 163.

C 2

(d)

(d) l. c. p. 675, § 7.

(e) GE. SCHVHARDT de austraegis s. r. imperii etc. (1754), cap. III, n. 73 seq. p. 57 seq.

§ VIII

Varietas quinta principum imperii ecclesiasticorum, et episcoporum extrariorum depromitur ex effectioibus et potestate superioritatis territorialis. Iura enim territorii nituntur aut regimine, et dominatione, custodia, et politia provinciae, aut iuribus gratiosis (a), aut camerilibus et fiscalibus, quibus fruuntur praesules sacrorum imperio sine medio obnoxii. Ad primum potestas leges ferendi mundanas referri solet (b), qua antistites sacrorum extranei vti nequeunt, cum territoriis profanis destituti sunt. Illae leges tum generales, cum particulares, ac singulares nulla egent confirmatione caesarea; attamen ea potestas ordinum imperii suos habet limites. Nam illae leges imperii, quae statum, formam, ac salutem communem imperii constituunt et fundant, illae ab ordinibus imperii in suis terris mutari nequeunt; sed omnia legum illarum imperio, et praescripto fieri debent (c). Potestas edicta, mandata, patentes etc. ferendi affinis est potentiae: leges promulgandi. Haec iussa, decreta, sanctionesque principum imperii ecclesiasticorum non solum territorio subiectos, verum etiam forenses ira dictos, bona in illorum regionibus possidentes, obstringunt. Nam illi

in-

intentionem fundatam tum circa personas, cum res et bona in principatu sira habent (*d*), quod etiam ad monasteria in eo existentia extenditur, donec probetur contrarium; nec non gaudent visitationibus prouincialibus (*e*), iure adgratiandi circa criminosos et abolendi; deinde iura condendi ciuitates concedunt (*f*); nundinas indulgent; dignitates mundanas conferunt; vias publicas in terris suis ordinant, castella, propugnacula exstruere, oppida, arcesque valido munimento sepire (*g*), armamentaria habere; famam restituere; veniam aetatis, inducias moratorias tribuere; iura fiscalia exercere; iuribus territorialibus varii generis vtilibus frui valent (*h*). Possemus quidem adhuc plura superioritatis territorialis capita recensere; sed breuitate temporis tam pauca cogimur scribere. Interim sunt iura nonnulla superioritatis praecleara, quae tamen magis dignitati personarum principatum inhaerere videntur.

(*a*) CHRIST. THOMASIVS de statu imp. potestate legislatoria contra ius commune. *Halae* 1703.

(*b*) GABR. SCHWEDERI introductio in ius publicum etc, p. 734 seq. cap. 14.

(*c*) HUGO l. d. cap. III, § XVIII, XVIII, XIX, XX, XXI, XXII, SCHWEDERI introductio in ius publ. imperii r. g. nou. (1701), part. spec. sect. II, cap. XIII, p. 720, § 2—5, BVRG. GOTTH. STRVVI corpus iuris publ. imp. r. g. (1738), cap. XXX, § 13, p. 1131.

(*d*) HENR. DE COCCII de fundata in territorio et plurimum loco.

locorum concurrente iurisdictione, vol. I. curios. exercit. n. 54, 10. VLR. L. B. DE CRAMER in *werklariſchen Nebenſtunden*, part. XVIII, n. 1.

(e) ANASV. FRITSCHIVS de viſitationibus provincialibus, *Gerae* 1671, 4.

(f) v. gr. Bernardus II, episcopus paderbornensis, dynaſtis buranis in clientelam ſuſceptis, facultatem dedit condendi oppidi burani etc. anno CI CCXCV, SCHATEN part II, p. 100, *monumenta paderborn.* p. 153 ſeq. Theodoricus, episcopus paderb. anno CI CCCXVII Wilbacenſibus conceſſit potentiam muniendi oppidi, SCHATEN part. II, p. 236. Idem episcopus anno CI CCCXVIII oppidum Gerdenſe muniti permittit, SCHATEN part II, p. 240.

(g) Munitiones aedificandae antiquioribus temporibus ordinibus imperii ab imperatoribus anguſtis, quandoque etiam a pontificibus romanis ſunt permiſſae, vide Alexandri III P. P. priuilegium conſtruendi arces in fundo eccleſiae paderbornenſis Simoni, episcopo paderbornenſi, anno CI CCCLVI, indultum, SCHATEN c. I part. II, p. 91, diploma Rudolphi romanorum regis, quo Ottoni, episcopo paderbornenſi, facultatem anno CI CCXC dedit: conſtruendi et aedificandi duas munitiones in dioceſi ſua, SCHATEN part. II, p. 169. *Eſtor in der bürgerlichen Rectusgelahrheit der Teuſchen*, part. I, § 2087 ſeq. p. 841 ſeq.

(h) GE. IOS. WEDEKIND de eo, quod iuſtum eſt ex fundamento ſuperioritatis territor. circa vectigalia, *Heidelb.* 1767, 4.

§ VIII

*Diſtantia ſexta eſt inter principes imperii eccleſiaſti-
cos, et episcopus exteros circa iura regia, ſeu regalia,
quibus praefides ſacrorum extranei minime ſunt praediti.
Superioritas territorialis autem, et regalia bene ſunt
diſtin-*

distinguenda (a), quin etiam tum in instrumento pacis westphalicae art. VIII, § I, cum in capitulationibus caesareis (b) discrete et distribute coniungi solent. Haec iura regia tribuuntur aut summo principi in signum supremae potestatis ad sui, et reipublicae dignitatem, potentiam atque utilitatem tuendam, promouendamque, aut ordinibus imperii, tanquam iura sublimia et utilitates, quibus illi, exclusis parentibus, frui possunt, ad conservandum decus, salutem, et incolumitatem reipublicae, ac ad sustinenda status dublici et dignitatis onera adquisita (c). Interim nos experientia docet: conditionem et qualitatem regalium ubique vnam eandemque non esse, quin etiam diuersis fundamentis et modis acquirendi nituntur (d); ergo varie deprehenduntur, neque ad certum numerum, nec ad definitam regulam reduci, nec redigi possunt. Diuisiones vero regalium iamiam silentio praetermitto, nec designationem eorum omnem in medium proferre volo; sed mentionem nonnullorum solummodo facturus sum, v. gr. venationum. Hodie venatio, nisi in omnibus, tamen in plurimis Germaniae terris regulari modo regia et eminens habetur, indeque illius concessio ad principes spectans censetur, nisi contrarium probetur. Nam imperatores omnino venationes ad iura regia antiquioribus iam temporibus retulerunt, quas aut ipsi retinuerunt, aut multifariam clientelae nexu aliis tribuerunt,

aut

aut donarunt, et quidem tum ecclesiis, eorumque praefulibus, monasteriis, tum principibus, comitibus, aliisque; quin etiam reges, atque imperatores ea ratione filius forestari et banno iis interdici indulserunt. Superioritate autem territoriali fundata, et firmata, ordines imperii quoque circa venationes, maiore potestate imperare inceperunt, suosque ministros constituerunt. Unde factum est, ut principes ecclesiastici atque ordines imperii aequae ut principes ac status imperii mundani, superioritatem forestalem, bannum ferinum, et venationem in suis regionibus sibi attribuerint. Quibus accedit: quod plerique principes imperii ecclesiastici ius venandi a regibus, atque imperatoribus adepti sint (*e*), et ea resententiam eorum sequi non dubito: qui venatum in terris praefulum germanicorum regum perveniunt. Reverendissimus, et celsissimus Episcopus paderbornensis itidem habet ius venandi, illudque antiquis iam temporibus ab imperatoribus episcopatus paderbornensi cum filius, et forestis traditis est concessum, uti antiquitas clarissimis monumentis consignata testatur. Liceat igitur mihi prolatio quorundam exemplorum. Sic HENRICVS II imperator anno cxiij ecclesiae paderbornensi, inter alia, donavit comitatum super pagos Paterga — — *forestum*, quod incipit de Delhna flumine et tendit per Ardennam — — (*f*). Idem dictae ecclesiae anno cxiij lar-

largitus est praedia *WIDVN* — — cum appertinentiis — —
 filius — — piscationibus, pascuis, venationibus — — (g).
 Idem caesar anno *cioxvi* praedia et cortes *Immedeshu-*
sen — — eidem ecclesiae munifice dedit, cum apperti-
 nentibus villis, — — filiis, — — venationibus etc. (h);
 idem anno *cioxvi* proprietario iure concessit *Meinwercō*
 praefuli *paderbornensi* nobile praedium *Berneshusen*
 dictum, cum omnibus appertinentiis — — territorii — —
 filius, venationibus — — (i). Idem imperator anno
cioxviii ecclesiae *paderbornensi* munus attulit forestam
 in comitatu *Dutichonis* sitam, — — cum omni vtilitate,
 quae ab ea provenire vllatenus posset, etc. (k). Porro
 ille anno *cioxviii* liberalitate vsus est erga dictam eccle-
 siam, huicque cortem sui iuris *Hammonstedt* dictam, — —
 cum filiis, forestibus, venationibus etc. tradidit (l).
 Praeterea idem anno *cioxxx* benefecit erga eandem curte,
Triburi nominata — — cum piscationibus, venationi-
 bus, filiis etc. (m) et beneficium anno *cioxxxiii* con-
 tulit in eam, eique praedium quoddam *Stein* dictum,
 cum filiis, venationibus, — — piscationibus etc. tradi-
 dit, cui praedium *Hohunsel* adiectum est (n). *Conra-*
das salicus imperator anno *cioxxxvii* ecclesiae *paderbor-*
nensi benigne fecit, eique *Eruitte* curtem cum — —
 filiis, venationibus — — piscationibus — — perpetuo
 habendam, aliaque praedia tradidit (o). *Meinwercus,*
 D
 epif-

episcopus paderbornensis, anno cixxxx suae ecclesiae praedium *Patberch* dictum, Bernhards comitis, quia Bernhardus spurius comes fuit, adiunxit (p), et quidem cum — — filius, venationibus — — piscationibus etc.; eidem a Bernhardo, huiusque sorore Hazecha donata sunt praedia, in locis Alfsaan, et Etlin sita, et iure imperiali praedita, cum — — filius, venationibus — — piscationibus — — (q). *Henricus III* imperator anno cixxlviii praedium *Eyerschutte* ecclesiae cum — — filius, venationibus — — piscationibus — — in proprium concessit (r). *Henricus IIIII* imperator anno cixlviii forestum, *Reginhereshusen* dictum, et curtum *Puningun* dictam etc., cum — — filius, venationibus — — piscationibus — — ut proprium dedit (s), et confirmavit (t). Haec, aliaque exempla testantur: venandi ius regium, seu regale modo regulari esse censendum.

(a) CASP. KLOCK de contributionibus (1740), cap. III, n. 154 seq. p. 68, ESTOR in der bürgerlichen Rechtsgelahrtheit der Teutschen, part. I. p. 844 seq. § 2091 — 2094, et part. III, § 897, 898; § 2092, AVRER de regalium ac superioritatis territorialis ad suos limites reductae diuersitate, in prooemio, p. 1, et sect. III, p. 29 — 46.

(b) Instrumentum pacis osnabrug. art. VIII, § 1, capitulatio caesarea nouissima, art. I, § 9.

(c) WILH. FRID. DE PISTORIUS in amoenitatibus hist. iurid. part. III, p. 802, part. IIII, p. 1010, p. 1016 seq. ESTOR l. m. part. III, p. 897, § 2092.

- (d) AYER sect. III, § XVIII, p. 32.
 (e) PFEFFINGER l. d. vol. III, lib. III, tit. XV, § 1, p. 1059 seq. tit. XVIII, § 8, p. 1372 seq. DE CRAMER vol. III, opusc. I, § 1 seq. p. 3 — 67, opusc. II, p. 68 — 90, vid. CLEM. AVE. FERD. HOYKII d. sub praesidio Domini Praefidis defensa, de venatu in tertis praesulum Germaniae, et archiepiscopatus colon: non libero, sed regali habendo; *Marb. Catt.* 1771, § II, p. 5, 6, § V, p. 12, vbi § 6 seq. exempla referuntur.
 (f) *Monumenta paderborn.* (1714), p. 221.
 (g) SCHATEN lib. V, p. 417.
 (h) IDEM l. c. p. 435.
 (i) IDEM lib. V, p. 417.
 (k) IDEM p. 438.
 (l) IDEM p. 477.
 (m) SCHATEN l. m. lib. V, p. 402, 403.
 (n) IDEM lib. V, p. 430.
 (o) IDEM p. 451.
 (p) *Ibid.* p. 478.
 (q) IDEM p. 452.
 (r) *Ibid.* lib. VI, p. 530.
 (s) IDEM p. 471, p. 479, p. 480, p. 488.
 (t) *Ibid.* p. 533.

§ X

De aliis conditionibus et iuribus regiis disparibus inter principes imperii ecclesiasticos et episcopos exteros, e. gr. circa iura collectandi, monetam cudendi (a), vestigialium, metallifodinarum, salinarum, postarum, publicorum fluminum, stapulae, grutiae, geranii, ceteraque, copiose dicere et pluribus verbis agere possemus;

D 2

at

at ea ob angustiam temporis iamiam sunt praetereunda.
 Sufficiant igitur haec pauca, et gloria sit Deo optimo
 maximo.

(a) Perspectum et verum est, clericis, et episcopis iam temporibus
 antiquissimis ius monetandi regium indultum fuisse, et citius,
 quam mundanos principes etc. illud obtinuisse, PRAEFIN-
 GER I. m. vol. III, lib. III, tit. IIII, § 4, b. p. 461 seq.
 Io. HENR. BOCRIS de regali monetae, in specie de mitra bicorni
 in episcopis Germaniae huius regalis criterio, Lipsiae 1739, 4,
 Sect. I, § 18, p. 25, § 25, p. 34 seq. § 26, p. 37 seq.



VIRO PLVRIMVM REVERENDO
ET CONSVLTISSIMO
RESPONDENTI CLARISSIMO

P R A E S E S

FELICITATEM!

*E*tsi meo elogio, ac commendatione minime eges, propriis utpote virtutibus, eximia industria, egregia cognitione, eruditioneque exsplendescens existis. Nam praeclare de historia Germaniae, iureque praecipue publico patrio mereris, VIR PLVRIMVM REVERENDE. Quantos in historia et iure feceris progressus, varia lectu digna testantur scripta, atque in primis hoc anno collectanea edita, quibus titulus est: *Materialien, und Beitrage zur aeltern und neuern geschichte, wie auch zum staats- und priuatrechte des westphaelischen Kreises, vol. I, part. I, et in hac dissertatione TVA inaugurali ostendisti. Non igitur intravnius scientiae limites substitisti, sed et iuribus patriae, quin imo rei diplomaticae singularem laudem dignam nauasti operam. Interea amicitiae meae erga TE esse duxi, ut publicum eius edam documentum, et laeto vultu de dignitate doctoris iurium, qua ornaberis, hujce TIBI gratuler. Adsit summum numen omnibus conatibus TVIS honestis, et cuncta TIBI feliciter cedere velit. Vale.*
Scrib. die IIII mensis Augusti A. R. S. MDCCCLXXXVIII.

VIRO FLVRIMVM REVERENDO
 ET CONSULTISSIMO
 RESPONDENTI CLARISSIMO

F R A N S E S
 FELICITATEM

Est meo elogio, ac commendatione minus eget, propriis utique virtutibus, eximia industria, critica cognitione, exactissima experientia, Nam praedare de historia Germaniae, siveque praecipue publico patrio merito, VIR FLVRIMVM REVERENDO. Quamvis in historia et iure fecerit progressus, variis tamen dignis laboribus scriptis, atque in primis hoc anno collectis, quibus titulus est: *Maximilian und Herzogge zur Nethers und neuren geschichte, wie auch zum hant- und gerichtliche der neuherrlichen Kaiser, vol I. theil I. et in hoc dissertatione, T. II. insigne ostendit. Non ignominiam scientiae huius sollicitudinem, sed et huius dignum imo et eximiam huiusmodi laude dignum nonnulli operam. Inter cetera meo ergo T. II. esse dicit in publicum, etiam documentum, et iure vult de dignitate huiusmodi, quae oratione, huius T. III. gratiam, huius sum, et cetera omnia concludit. T. IV. huiusmodi, et cetera T. V. huiusmodi, et cetera. T. VI. die meo, huiusmodi, et cetera.*



Marburg, Diss., 1789/1800

ULB Halle 3
003 550 265



f
5b.







B.I.G.

Farbkarte #13

DISSERTATIO AVSPICALIS IVRIDICA
VARIAS DIFFERENTIAS IVRIS PVBL. ECCLES.
INTER CATHOLICOS EPISCOPOS IMMEDIATOS
GERMANIAE

1789, 2.

ET
ALIOS PRAESVLES SACRORVM EXTRA
GERMANIAM COMPLECTENS

QVAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPE
ET DOMINO

DNO. GVILIELMO IX.

HASSIARVM LANDGRAVIO RELIQ.

CONSENSU
ILLVSTRIS IVRECONSULTORVM ORDINIS
PRAESIDE

IOANNE ANDREA HOFMANNO

IVR. DOCTORE ET PROFESSORE PANDECTARVM P. O.
ASSESSORE FACVLTATIS IVRID.

PRO
GRADV DOCTORIS
RITE CAPESSENDO

PVBLICAE SVMMITTIT DISQVSSIONI
DIE VI. AVG. MDCLXXXIX.

FRIDERICVS GVILIELMVVS COSMANN

FÜRSTENBERGA - WESTPHALVS
COMMENDATARIVS AD S. CHRISTOPHORVM
IN CVRIA EPISCOPALI PADERBORNENSI.

MARBURGI
TYPIS IOANNIS BAYRHOFFERI, ACAD. TYPOGRAPHI.